Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



noli blandire lingue tue. Vitam tuam interroga. ipsa tibi respondeat.
Inueni quid sis mali. Malus geme. confitere. Confessio tua potest dnm bene-
dicere. s; si mutatio tua in bndictione perseueret. Benedicite dno omnia opa
eius in omni loco dominationis eius. Ergo in omni loco. Ibi non benedicatur. ubi non do-
minatur. In omni loco dnationis eius. Ne forte aliquis dicat. non possum bndicere do-
minum in oriente. quia in occidente perfectus est. Aut non possum in occidente. quia in ori-
ente est. Non ab oriente. et ab occidente. non a desertis montibus. quoniam ds iu-
dex est. Sic ubique est. ut ubique bndicatur. Sic undique est. ut undique illi iubilet.
Sic undique benedicitur. ut undique bene uiuatur. Benedicite dnm omnia opa
eius. quia cum ceperis in bona uita bndicere dnm. omnia opa eius eum bndicunt. non me-
rita tua. Ipse enim per te. et in te bonum operatur. dicente apostolo. Cum timore et tremo-
re uram ipsorum salutem operamini. Ds enim est qui operatur in uobis. Ergo ne te
extolles quia facis uerbum eius. quia facis uoluntatem eius. uoluit te humiliari re-
spiciendo gratiam eius. Unde hoc consecutus es. In omni loco dnationis eius. Be-
nedic anima mea dnm. Ipse ultimus uersus est qui primus. Benedictio a capite.
benedictio in fine. A benedictione perfecti sumus. ad benedictionem redea-
mus. in bndictione regnem. V S. A M E N;

Explicit de psmo. c. ii. Incipit de psmo. c. iii.

DIE QUIDEM HYDIUS terciano quantum meminisse
dignamini. habundanter refecti estis. uel sumus. S; quia nos etiam
per longum sermonem auidissime dimisistis. non putauimus scita-
tem uram hodierni diei debito fraudanda. ut sit hoc de
debito. illud de lucro. Psalmus qui lectus est prope totus figuris re-
rum mysteriisque contexitur. et opus habet non solum nra s; etiam ura non parua inten-
tione. quamquam etiam cuncta que dicta s. possint ad litteram religiose accipi.
Enumerantur enim et si non omnia. multa tamen opa dei. que nota sunt omnibus
uiuentibus. qui norunt ex his que facta s. et uidentur. illius inuisibilia intel-
lectu conspicere. Uidemus enim fabricam mundi amplam quandam ex celo et
terra. et omnium que in eis s. et ex huius fabrice magnitudine et pulchritu-
dine fabricatoris ipsius inestimabile magnitudinem et pulchritudinem. et
si non dum uidemus. iam tamen amamus. Non enim cessauit qui non dum potest nri cor-
dis puritate conspici. ante oculos nros ponere opa sua. ut uidentes que
possumus. amemus quem uidere non possumus. ut amoris ipsius merito. aliquando
uidere eum possimus. Tamen in omnibus que dicta s. querendus est etiam intellec-
tus spiritalis. atque perscrutandus. Adiuuabunt nos in nomine xpi deside-
ria ura. quibus quasi manibus inuisibilibus ad inuisibilem ianuam pulsatis.